

PRÆFATIO AD BENIGNVM LECTOREM.

ANNUS erat à Christo naeo CL. IS. XCII, quum apud CL. V. D. Dionysium Gotthofredum agerem Argentorati, & de communibus studijs frequens inter nos & iucundus sermo esset. Eo tempore semper ille me (ut est viri doctissimi pariter atque humanissimi ingenium) tum ad studia grauiora Sapientie & litterarum, tum imprimis ad Geographia cognit. onē hortari solebat. Hanc nimirū esse veram Historiam facem; hanc, litterarum & totius sapientia ornamentū; huius studium ut omnibus aliquod adnatum, ita optimis ingenijs proprium quoddam esse & singulare: hanc nos in nostra patria peregrinantes tanquam hospites suā descriptione domum deducere, ut possimus aliquando qui & ubi simus agnoscere. Ego verò qui animū à nullo unquam humano studio alienum cuprem, ab hoc verò etiam instructissimum; quique à prima etate picturas istas regionū terrarumque & spectasem libenter, & aliquando etiā per otium expressissem, etiamsi grauioribus rebus occuparer, tamen amici optimi & benignissimi oratione facile passus sum me ad hoc studij genus pro tempore excitari: Nam & otio abundabā, & peregrē agebam, & putabam, quod res est, turpe esse, ignorare ubi degas. Coepi igitur notare quadā que ad hoc institutū faciebant: Inquirebam accurrate in presentia, remotiora verò tabulis subiecta mihi representatā: ut simul & domi essem, & felici iucundoque animi remigio veherem per rerū vniuersitatē. Creuit sub manu labor: nam quū paullo post in Norico interpretarer Generoso D. Felici Slupckio Baroni in Conari librū de Mundo, indulsi animo meo, & postquā ad locum illū, qui Geographica tractationis est, ventū fuit, in amoenitates istas longius paullo exspaciatus sum. Quum verò etiā Germaniam reliquam, & Bohemiā & Silesiam, & Poloniam vtramque, vsque ad Russos lustrare, posteaque secunda Vistula Gedaniū, inde ad Lyceum Batanicum, reuevirem, vidi in itinere, legi, excerpsti, notavi ea, que existimaui studio huic nostro ornamentū aliquod & decus adferre posse. Neque erat consilium vulgare ista: indicabā enim & cruda adhuc esse, & studia nostra longe digniorē finem spectare; neque deesse, qui hac & eruditius, & operosius possent facere; sed volebam



TOREM
m Grotius
no est. Enn
funda trans
numera est
vobis aliq
ria peregr
mon agros
no p
ignarū, vel recreare. defestum, vel tenere attentū lēctōrē possent. Et hac quidem strictim breuiterque: sic enim ratus sum expedire ea mentibus comprehendendi posse, & minorem futurā operis molem. Pythagora, hisque qui eius heresim fuerunt sequi, placuit cubicis rationibus præcepta in voluminibus scribere, constitueruntque cubum CC XVI. versuum, eosque non plures quā tres in vna conscriptione oportere esse putauerunt. Modum scilicet voluere Sapientes ponere insana libidini iam tum scripturientis seculi. Sed modus ille non tam ex Arithmeticis rationibus, quam ex materia ipsa & sine operis peti debet. Materies nostra tam late patet, quam ipsa rerum vniuersitas. Finis est representare orbis partes ipsi vel incipiunt studia ista tractare, vel etiam peregrè agunt; ut quum maiorū tabularum copia esse non potest, nostris utantur. Vides, ut finis ratio materie vastæ immensæque molem restrinxerit, in ordinemque cōegerit? Hoc igitur consilio inscripsimus **TABULAS CONTRACTAS**, ut vel ipso titulo benignus Lēctor intelligeret, neque omnia nos scripsisse, neque omnibus. Nam quibus maiora domi aut meliora sepeperunt, facile patior eos nostris istis carere, modo ydem alijs, qui destituti sunt melioribus, nostra concedane, patienturque eos,

— Folijs tantum ne carmina manda,
Ne turbata volent rapidis ludibria ventis.

Prodeoque igitur in scenam, & prodeoque non eo vultu quo nunc sum, sed quo ante annos complures eram, quum ista concinnarem. Primus labor fuit, plerasque orbis terrarum partes tabulis representatas oratione describere. Alter, loca vetera cum recentibus conferre. Olimus, ex varia lēctione miscere ea, quæ vel docere ignarū, vel recreare. defestum, vel tenere attentū lēctōrē possent. Et hac quidem strictim breuiterque: sic enim ratus sum expedire ea mentibus comprehendendi posse, & minorem futurā operis molem. Pythagora, hisque qui eius heresim fuerunt sequi, placuit cubicis rationibus præcepta in voluminibus scribere, constitueruntque cubum CC XVI. versuum, eosque non plures quā tres in vna conscriptione oportere esse putauerunt. Modum scilicet voluere Sapientes ponere insana libidini iam tum scripturientis seculi. Sed modus ille non tam ex Arithmeticis rationibus, quam ex materia ipsa & sine operis peti debet. Materies nostra tam late patet, quam ipsa rerum vniuersitas. Finis est representare orbis partes ipsi vel incipiunt studia ista tractare, vel etiam peregrè agunt; ut quum maiorū tabularum copia esse non potest, nostris utantur. Vides, ut finis ratio materie vastæ immensæque molem restrinxerit, in ordinemque cōegerit? Hoc igitur consilio inscripsimus **TABULAS CONTRACTAS**, ut vel ipso titulo benignus Lēctor intelligeret, neque omnia nos scripsisse, neque omnibus. Nam quibus maiora domi aut meliora sepeperunt, facile patior eos nostris istis carere, modo ydem alijs, qui destituti sunt melioribus, nostra concedane, patienturque eos,

Ex nostris tabulis pictos ediscere mundos.
Tuum erit, Benigne Lēctor, operam istam æqui bonique consulere, & sicuti quid scabrum, asperum, impolitum offenderis, cogitare, facilem esse in his lapsum, neque, Plinio teste, villo in genere ventam digniorem, si modo minime mirum est, hominem genitum non omnia humana nouisse. Vale.